Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

testatur propheta qui ait; Virguosus non dirigetur super terram. Hinc salemon iterū dicit: in multiloquio peccatū non deest. Hinc ysaias dicit. Cultus iusticie silentium iu delicet indicans. quia mentis iusticia desolatur: quando ab immoderata locutione non parcit. Hinc iacob dicit. Si quis putat se religiosum ee non refrenans linguam suam. sed seducens cor suū. huius uana ē religio. Hinc rursus ait; Sit omnis homo uelox ad audiendum. tardus autē ad loquendum. Hinc iterū lingue uim definiens adiungit. Inquietū malum. plena ueneno mortifero. Hinc psemetipsa nos ueritas admonet dicens: Omne uerbū ociosum qd locuti fuerint homines reddent rationē de eo in die iudicii; Ociosum qppe uerbum ē quod aut ratione iuste necessitatis. aut intentione pie utilitatis caret. Si ergo racio de ocioso sermone exigitur: pensemus que pena multiloquiū manet. inquo aeriam per uacua uerba peccatur: · xvi ·

Aliter admonendi sunt pigri. atq; aliter pcipites. Illi namq; suadendi sunt ne agenda bona dum deserunt amittant. isti uero admonendi sunt ne dum bonorum tempus incaute festinando pueniunt. ex merita immutent. Pigris itaq; intimandum ē qd sepe dum oportune agere que possumus nolumus. paulo post cū uolumus non ualemus: Ipsa quippe mentis desidia cum congruo feruore non accendit. a bonorū desiderio funditus